3012 fragmentum lapidis calcarei triglyphis et rosis ornatum. Praeneste in Torcioli vinea SVAR. (Vat.). In eadem vinea postea Palma nunc Scavalli hodie quoque extat.

Q · VETTIVS · T
PVLCHER ·

Descripsimus de Rossi ego Stevenson. Anonymus Barberinianus f. 243′; Suaresius Vat. 9140 f. 248′, Praen. p. 277 (inde Muratori 1764, 7; Vulpi Lat. 9 p. 193; Cecconi p. 101; Petrini p. 360 n. 21); manus ignota (Itali cuiusdam) apud Gudium ms. 1002, 2 (inde Gudius ed. 335, 2); Marini Vat. 9127 f. 286′.

V. 2 initio mihi videbatur esse integer, Rossio et Stevensonio non item.

3012*a* hoc fragmentum triglyphis et rosis plane eodem modo, quo est n. 3012, ornatum praebet VAT. Praeneste, *si ritrova in una vascha nel colle dell' arco vicino a S. Gordiano* VAT.; in colle Arcus in vinea nunc Sebastiani Fantoni ad cuiusdam maceriae latus in muro infixa PENNAZZ. Rep. *nelle vigne di mia casa al colle dell' Arco* CECC.

TEDVSIVS · T
DVO · VIR

Manus ignota in folio solitario apud Suaresium cod. Vat. 9140 f. 265; Pennazza ms. bis; Cecconi p. 81 (inde et ex Pennazza Petrini p. 331 n. 19).

Dedi ad codicem Vatic.; 1 T · THEDVSIVS Penn., T·TEODVSIVS Cecc.; 2 DVVMVIR (DVMVIR Cecc.) FECIT (F Penn. altero loco) Penn. Cecc.

Haec fragmenta eiusdem inscriptionis esse conicio, potissimum propter similitudinem ornamentorum.

3013 lapis Tiburtinus. Praeneste rep. *fra le ruine dell' antiche terme presso la chiesa della Madonna dell' Aquila, esiste nell' atrio di casa Rischj* PETR. Extat eodem ut puto loco, in aedibus Fiumara.

Q · VIBVLEIVS · L · F
L · STATIVS · SAL · F
DVO · VIR
BALNEAS · REFICIVND
AQVAM · PER · PVBLICVM
DVCENDAM · D · D · S ·
COERAVERE

Descripsit de Rossi, recognovi ipse. Est vol. I n. 1141 et in tabula Ritscheliana LIII B. Petrini p. 354 n. 84; Garrucci syll. n. 1493.

Est puto non multo recentior colonia deducta. — Ex sepulcris liberae Praenestinae urbis neque Vibuleii neque Statii ulli adhuc prodierunt.

3014 basis magna marmorea. Ad viam Praenestinam in antiquae civitatis ruinis nuper effossa PIGH. Sub Praeneste in vinea quadam SMET. [nuper effossa, add. WAELSC. 97]. Praeneste in vinea quadam BVD., *in una vigna, ove furon trovate due inscrittioni d'una sustantia* [hoc fraude] LIG. *Nella vigna di M. Nocentio* COL. Praeneste *nel casino* (intellege *del principe*) ANON., *nel giardino baronale* CECC. Extat in villa Barberinia. — Tibure LIPS., errore. Tibure Romam translata SEBASTIANI *viaggio a Tivoli* p. 467.

C N . V O E S I O ·
C N · F I L · A P R O ·
Q VAESTORI · AEDILI · II · VIRO ·
FLAMINI · DIVI · AVG · VI · VIRO ·
AVGVSTALI CVRATORI ANNON
TRIENNIO CONTINVO CVRAT ·
MVNERIS · PVBLICI · GLADIATORI · III
QVOT IS TEMPORE HONORVM CV
RARVMQVE SVARVM PLENISSIMO
MVNIFICENTIAE STVDIO VOLVPTATIB ·
ET VTILITATIBVS · POPVLI PLVRIMA ·
CONTVLERIT LVDVM ETIAM GLADI
ATORIVM · ET · SPOLIAR · SOLO EMPTO
SVA PECVNIA EXSTRVCTVM PVBLICE OP
TVLERIT · CVIVS MERITIS POSTVLANTE POPVLO
STATVAM PVBLICE PONI PLACVIT · D · D ·

Descripsit de Rossi, recognovi ipse. Habent Budaeus apud Metellum Vat. 6039 f. 352 et apud Pingonium f. 83; Pighius Luzac. p. 154 (a Pighio puto Lipsius ms. f. 17′, qui praeterea Saturnalium sermonum lib. I cap. 18 [ed. Antverp. 1585 p. 68] ipsum Pighium inducit referentem huius inscriptionis vv. 6—15 et dicentem se vidisse); Smetius ms. Neap. p. 149 (inde Panvinius Vat. 6035 f. 51′; Manutius orth. 312, 2; Grut. 489, 12 e Smetii ms. cod.?, in ed. 2 citantur praeterea schedae Ursini et Pighii; ex Manutio Iacobonius de gente Caesia p. 48, fortasse etiam Ligorius Taur. vol. 14), apud Waelscapplium f. 97. 123′. 124′, ed. 80, 6, ubi dicit se vidisse; Ligorius Neap. lib. 35 p. 214; Columna ms. f. 165; Borghini ms. p. 141; Anonymus Barberinianus f. 240; Suaresius Praen. p. 29 [errore typographi 37], ubi laudatur Gruterus; Pennazza ms.; Cecconi p. 73; Marinius emendavit ad Gruterum suum nunc Vaticanum; Petrini p. 313 n. 3. Orelli n. 2532.

7 III om. Smet. (ed., non ms.), male. — 12. 13 GLADI|ATORVM Smet. (ms. Neap. et ap. Waelsc. 97. 123′), male. — 14 EXTRVCTVM Bud. Smet. (ed., non ms.) alii, contra lapidem.

Cn. Voesio Cn. fil. Apro, quaestori, aedili, (duo)viro, flamini divi Aug(usti), (sex)viro Augustali, curatori annon(ae) triennio continuo, curat(ori) muneris publici gladiatori (ter); quot is tempore honorum curarumque suarum, plenissimo munificentiae studio, voluptatib(us) et utilitatibus populi plurima contulerit, ludum etiam gladiatorium et spoliar(ium) solo empto sua pecunia exstructum publice optulerit; cuius meritis postulante populo statuam publice poni placuit. D(ecurionum) d(ecreto).

3015 tabula marmorea muro inserta; arcam lapideam faciunt GVD. CASS. SVAR., errore; nam ea tabula quae extat, nequaquam ex sarcophago desecta est. Praeneste rep. mense Nov. vel Dec. 1646, est ibi in horto Io. Petri Aloysii CASS. SVAR. *Nel palazzo baronale* CECC. Nunc in hortis Barberiniis.

L · VRVINEIO · L · L · PHILOMVSO
MAG · CONL · LIBERT
PVBLICE · SEPVLTVRAE · ET · STATVAE IN FORO · LOCVS ·
DATVS · EST · QVOD · IS · TESTAMENTO · SVO · LAVATIONEM · POPVLO · GRATIS
PER TRIENNIVM · GLADIATORVMQVE · PARIA · X · ET · FORTVNAE PRIMIG
CORONAM·AVREAM·P·I·DARI·IDEM·QVE·LVDOS·EX· HS ⅏ PER·DIES·V·FIERI·IVSSIT
PHILIPPVS · L · MONVMENTVM · DE · SVO · FECIT

Descripsit de Rossi, recognovi ipse. Gudius ms. 233, 2 (inde vv. 3—7 ed. 135, 8), qui laudat Ludovicum Petrum Luigi, id est dominum lapidis, et Cassianus a Puteo cod. Neap. V, E 10 f. 135, qui laudat Pietrasantam nescio quem, eodem exemplo corrupto, a quo pendet etiam Suaresius Vat. 9140 f. 144, Praen. p. 274 (a Suaresio Doni 2, 18; ex libro Suaresii Mur. 616, 4 et Vulpi 9 p. 127), licet dicat se descripsisse et re vera pauca quaedam emendaverit. Accurate excepta legitur manu ignota (Itali cuiusdam) apud Gudium ms. 1002, 1; apud Cecconium p. 68 (inde Petrini p. 365 n. 32); apud Marinium Vat. 9130 f. 224.

3016 repertam una cum n. 2984 sub Praeneste *nella contrada di Quadrelle* facit CECC. Extat (coniuncta cum particula inscriptionis n. 2984) Praeneste in aedibus olim Petrinii.

M · FECIT · HS · CCIↃↃ CCIↃↃ CCIↃↃ
VS · DVOM · VIRI
.. *pro* BARVNT

Descripsi post de Rossium. Ad ectypum delineavit Ritschl tab. LIIIc (una cum litteris nonnullis ex inscriptione n. 2984). Cecconi p. 81 (inde Petrini p. 332 n. 23; Garrucci syll. n. 1488).

Cecconi ita adiungit ad n. 2984 ut videatur habuisse hanc et illam pro fragmento eiusdem inscriptionis. Sed in hac re puto erravit; nam litterae inscriptionis n. 3016 antiquiorem aetatem referunt quam partes superstites inscriptionis n. 2984.